

suprad. rationi, scilicet, ut procedat in eadem linea & gradu tam ex iuris dispositione, quam mente disponentis & consuetudine Hispaniz: locus in diuersis. Itaq; opinio Grego. quamuis videatur expressa pro patruo magno prædicto est singularis, quia Dd. quos refert, eam minimetangunt, sed aliud. Et tamen secunda pars supradict. contra patruum habet plures receptas & communes opiniones Doct. pro se: & ideo tenenda contra Greg. Lop. saluo meliori iudicio.

## S V M M A R I A.

1. Ostendens donationem irrevocabilem acceptam, habet intentionem suam fundatam in titulo habili & a iure approbato ad translationem domini.
2. Quilibet in dubio presumitur sane mentis, nisi contrarium probetur.
3. Quilibet presumitur esse talis, qualem solet natura producere, nisi contrarium probetur.
4. Testibus deponentibus de sana mente magis credendum est, quam contrarium affirmantibus, hoc tamen procedit, data equalitate dispositionum, secus si testes de sana mente non concludenter deponant, testes autem contrarii sufficienter deponant, num. 12. 13.
5. Mente captus non potest contrahere.
6. Donatio dementis non valet.
7. Mente captus vel furiosus quem esse, quomodo probetur? Et inter alia probatur, si pater vel consanguinei illum habebant pro mente capto vel furioso, vel commiserat ab hominibus pro tali reputatur.
8. Testis agens de sua exoneratione vel eare, ex qua laus vel vituperium ipsum sequi potest, non est credendum.
9. Testibus deponentibus contractum fuisse metu gestum, magis credendum est, quam de spontanea voluntate deponentibus.
10. Notario afferenti testatorem sana mentis condidisse testamentum, non est standum.
11. Mente captus probatur, quod quis sit ex datione curatoris sibi facta tanquam mente capto: idemq; est in furioso.
12. Tutores vel alii administratores non possunt contrahere cum suis minoribus, nec hi illa donare bona mobilia nec immobilia.
13. Sed nec id per interpositam personam, veluti consanguineum tutoris vel administratoris fieri potest.
14. Donatio facta a pupillo, consanguineo tutoris, vel uti filio vel filia nepotum non valet.
15. Iura loquentia de minoribus, extenduntur & procedunt etiam in furiosis, prodigis & mente captis.
16. Fraus presumitur in donatione omnium bonorum, vel quasi.
17. Donatio, maxime omnium bonorum est dilapidatio, non autem diligens administratio.
18. Mala administratio sonat potius in furorem, quam insanum consilium.
19. Beneficium restitutionis transit ad heredes & ceteros successores universales.

## CONSILIVM XIV.

**D**ecedente quodam Petro ab intestato, relicto domo & aliis bonis, vertitur nunc lis inter sororem & alteram consanguineam in secundo gradu eiusdem defuncti super ipsa domo & ceteris bonis, afferente sorore, fratrem suum decessisse ab intestato, ac proinde omnia ipsius bona iure legitimo ad se pertinere, non obstante donatione eiusdem domus & aliorum bonorum, facta a prædict. fratre inter vivos in fauorem alterius consanguineæ ob defectum mentis: altera vero parte contrarium affirmante quoad bona donata. Quæritur quid iuris sit in hac causa?

Primo ¶ videtur contra sororem & pro donationem iudicandum esse, quia consanguinea ostendens donationem, habet intentionem suam fundatam titulo habili & a iure approbato ad translationem domini, scilicet donationis irrevocabilis inter vivos acceptatione donatarie statim subsequuta, ut in toto titulo. C. & ff. de donationib. & in titulo 4. part. 5. maxime cum donans liberos nunquam habuerit.

Nec ¶ obstat quod alleget prædictum defunctum fuisse mente captum, ac proinde donare minime potuisse nec testari, ut infra de iure probabitur, & est verum in se, quoniam in dubio quilibet præsumitur sane mentis, nisi contrarium probetur. Hanc regulam probat textus in l. 2. C. qui testamentum facer. poss. & in l. nec codicillos, C. de Codicillis vbi notant Doctores, textus capitalis in capit. fin. in vers. sic. nos causam illam, de successioib. ab intestat. vbi glossa ordinaria ver. b. compotem, id notat. Cuius ratio ea est, quia aliquem esse compotem mentis, est naturale; sed esse furiosum, accidentale: unde quilibet præsumitur esse talis, qualem natura solet producere, nisi contrarium probetur. Ita Bald. in dict. l. nec codicillos, refert & sequitur plura adducens in materia Marant. in repet. l. u. potest. n. 137 & seqq. ff. de acqui. hered.

Nec etiam ¶ obest asserere, probatum esse pluribus testibus, prædictum defunctum a natiuitate usque ad mortem fuisse semper mente captum; quia pluribus etiam testibus probatum est contrarium. Unde magis credendum est testibus deponentibus de sana mente, quia eis patrocinatur præsumtio iuris prædictæ. quam contrarium affirmantibus. Et ita in terminis, ac si præsentem processum vidisset, casum nostrum decidens tenet Philippus Corneus consil. 219. volum. 1. per totum præcipue titulo 5. Loquitur nempe in donatione facta ab illo, qui mente captus affirmabatur a sua pueritia usque ad mortem, idque probatum fuit pluribus testibus. Et aliis pluribus fuit probatum contrarium, deponentibus de sana mente donantis atq; rationem ipsius reddentibus. Quia in specie consilii ipse magis credendum esse testibus deponentibus de sana mente illius, quam iis, qui de posterum de non sana, hoc est, de infania. Quam etiam opinionem sequuntur Decius, Amilius Ferretus & Boetius relati per Dominum Anton. de Padilla in l. sanum mente, numer. 14. C. de transacione. probat idem Decius consil. 448. numer. 10. & sequentibus, & numer. 35. & plures referens Burgos de Paz consil. 6. in. 4. Quibus sic stantibus, nil mirum si aduocatus aduersæ partis nimis fidat in sua iustitia.

Sed his omnibus non obstantibus, pro sorore & contra donationem iudicandum esse existimo, prout iudicauit iudex primæ instantiæ, cuius sententia confirmanda venit, idq; ostenditur ex sequentibus.

Primo, quia satis probatum est octo testibus contrariis, prædict. defunctum & sic donatorem a pueritia sua usque ad mortem fuisse mente captum & sine vili ratione atque villo hominis intellectu, ut donationem aut alium contractum vel testamentum celebrare siue conficere posset.

Mente captus autem non potest contrahere, ut bene probat Anton. Gomez 2. tom. c. 14. de restitu. min. n. 28. & ante eum Ioan. Fab. in §. furiosus, in §. de mutui stip. & ibi Angel. n. 3. qui legit text. illum in §. mutuum, eiusdem tituli. sequitur Gregor. Lopez in l. 4. tit. 1. gl. 1. part. 5. Non etiam potest testari mente captus, id est Anton. Gomez in l. 3. Taur. nu. 9. Gregor. Lopez in l. 13. in gl. Salido de memoria, tit. 1. part. 6. Decius consil. 448. nu. 22. Roderic. Suarez late allegatione 1. per totam. Et quod furiosus, mente captus seu phreneticus neq; contractum neq; vltimam voluntatem facere possit, l. furiosus, C. qui testam. facer. possunt, vbi Iason & communiter scribentes id notant. text. in l. in negotiis contrahendis, ff. de regul. iur. vbi Decius & Cagnol.

Cagnol. plura adducunt communes secundum Dn. Molia. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 9. num. 28. leg. 1. titulo 13. part. 6.

¶ Et in terminis, quod donatio ¶ dementis non valet, tenet & iure probat Petrus Rebuff. 2. tom. ad Regias consuet. Gallie. in tractatu de donat. & aliis disposit. tutor. & administrat. factis, reprobat gl. 9. numer. 14. pag. 364. vbi loquitur in demente maiore ætatis 25. annorum, Decius etiam vbi supra. Quo fit, ut prædict. donatio a Petro facta, vel testamentum, si illud cõsecit, sint nulla, eumque decessisse ab intestato, & sororem prædict. esse ipsius legitimam heredem in omnib. bonis ab intestato, tanquam proximiorum, ut probatum existit. Non obstat, quod aliqui ex testibus affirmant, d. Petrum fuisse factum, eoq; nomine ipsum appellent, ac proinde posse testari atq; donare, ut videntur præsupponere nonnulli ex auctoribus supra citatis. Nam respondetur, eosdem testes adiciere, eum quoq; mente captum esse, omniq; discretionem & iudicio sani hominis carere ad contrahendum requisito.

Idq; optime ¶ probatur, ut debet, iuxta tradita per Alex. consil. 86. nu. 10. lib. 6. Socin. consil. 42. lib. 1. Decius consil. 36. nu. 7. idem Decius consil. 448. nu. 11. & sequentibus. & ex nouioribus Auend. respons. 35. per totum Menchac. de success. creat. §. 13. nu. 53. Et inter alia omnes concludunt probari quem esse mente captum vel furiosum, si probetur, quod pater vel consanguinei illum habebant pro mente capto vel furioso, vel cõmuniter ab omnibus tali reputatur, quod est probatum in præsentibus. Quo fit, ut prædict. Petrus minime potuerit testari, nec donare, vel alium quemcunq; contractum facere, ut auctores supra citati affirmant. Quæ cum ita se habeant, fatuitas nihil prodest, cum sit simul mente captus: præmaxime, cum in hac secunda instantia probatum existat, eum fuisse pure mente captum sine aliquo iudicio, quamuis errore vocaretur ab aliquibus fatuis.

Nec etiam ¶ obest, si dicatur, probatum etiam esse pluribus testibus præfat. Petrum fuisse sanæ mentis & intelligens, sicut ceteri homines, quia testes sororis affirmantes contrarium, sunt plures numero, testes concludentesq; deponentes antiquiores ætate, oriundi ex oppido, vbi natus fuit mente captus, eumq; cognouerunt atq; conuersati eum eo tempore semper. Testes vero contrarii, si recte considerentur, non ita concludunt, nec sunt tam senes, nec originarii prædict. oppidi, sed aliunde, nec eum eo conuixerunt. Quidamque ex eis deponunt de solo visu tempore celebratæ donationis, quos persuadere clarum est, nonarium summa ope nixurum, ut iuxta instrumentum donationis & in fauorem ipsius notarii deponente: quod idem & idemmet confectum instrumentum, & examinavit prædict. testes. Quapropter ¶ sua interest, ut donatio valida iudicetur: quia agitur de re, ex qua laus vel vituperium sibi sequi potest. Et ipse etiam ageret de sua exoneratione, si deposuisset: & ideo sibi non crederetur. Eadem ratione, ut tenet Roder. Suarez vbi supra, vers. secundo, quia testis, & in terminis Alex. d. consil. 86. nu. 16. lib. 6. D. Burgos de Paz, plures referens consil. 11. numero 16. & 17. vbi etiam testatur esse communem opinionem. Cessabit tamen omnino hæc obiectio argumento doctrinæ Innocentii, qui in c. super hoc, nu. 2. de renuntiat. vers. inducunt autem, tenet, magis credendum esse testibus deponentibus contractum fuisse metu gestum, & sic aduersus contractum, quam centum, qui deponant de spontanea voluntate, & sic in fauorem contractus.

¶ Quam ¶ doctrinam plurimis Doctores, qui eam sequuntur, allegatis testatur communem D. Antonius de Padilla in leg. interpositas, numer. 34. Codic. de transact. Vbi ait, quod quando constat, metum in contractu interuenisse, rescindendus ille est, etiam si in eo sint verba

illa, non dolo, non metu. Nam hoc casu est clausula illa censeatur metu extorta, sicut contractus ipse principalis, ut ibi probat. Facit præterea, quod tradunt Dynus, Iacob. de Bellouiso, & alii Doct. in l. 2. ff. de testam. Nempe, non esse standum notario affirmanti, testatorem sanæ mentis condidisse testamentum. Estque communis opinio secundum eundem D. Anton. in l. sanum mente, numer. 13. C. de transact. idem testatur plures referens Burgos de Paz consil. 11. numer. 17. Nam sanitas mentis non potest a notario ¶ percipi aliquo sensu corporeo, quare illi credendum non est, sicut testi non creditur, non assignanti rationem dicti sui in his, quæ sensu corporeo percipi non possunt, ut in l. solam, cum gloss. Cod. de testib. Quia ratione eandem opinionem in terminis nostris mente capti vel furiosi deducit ex doctrina Innoc. supradict. Roderic. Suarez vbi supra, d. allegatione 1. affirmans, plus esse credendum testibus deponentibus de alienatione mentis & infania, quam affirmantibus sanam mentem alicuius, ut ibi ratione probat. Idque præmaxime verum efficitur in nostro casu, quoniam propter non sanam mentem fuit datus curator a iudice d. Petro, quamuis maiori 25. annis, qui curator in alio iudicio confessus fuit, eum minime aptum esse ad feruendum, nec ad quaerendum alimenta, ut ex processu constat.

Et ex datione ¶ curatoris, tanquam mente capto vel furioso alicui facta probatur, quod quis sit mente captus vel furiosus, ut cum Salyc. & Corneo tenet Dec. d. consil. 448. numer. 34. vbi de alio loci refert, scilicet, consil. 186. Idem consil. 86. numer. 7. vbi hoc præcipue procedere dicit, si mente captus lædatur enormiter in contractu, quem celebrat.

Quibus omnibus non obstat opinio supra adducta Cornei & aliorum loquentium in propriis terminis donationis factæ ab illo, qui pluribus testibus probatur fuisse mente captus, & aliis pluribus probatur fuisse sanæ mentis. Nam concludunt ipsi, magis credendum esse his in fauorem donationis, quam illis, contra quod profecto est, quod magis vrgenti in proposito contraria parte. Non ¶ obstat inquam hæc opinio Doct. quia in casu suo testes deponentes de sana mente, plures & concludentes rationes assignarunt, ut ex ipso Corneo constat; At in proposito id minime faciunt, & omnes testes deponentes eum fuisse mente captum, id recte ostendunt, & fuit eis magis notus defectus, vltiorereque tempore eum tractauerunt. Præterea D. Antonius vbi supra huius rei dilquisitionem religioni iudicantis committit, qui perpena negotii testiumque qualitate, quid statuendum sit arbitrabitur. Et in proposito Decius vbi supra dicit. consil. 448. numer. 19. adducit omnes probationes arbitrarías esse. Sed in proposito nostro perpena negotii testiumque qualitate vtriusque partis, iudex magis inclinare debet, ut existimet, prædict. defunctum mente captum fuisse potius, quam sanæ mentis.

Tum, quia cum haberet sororem ex eodem patre natam pauperimam, ut est probatum in processu, imo se ipsum in maxima paupertate constituerit prædict. donatione a se facta, ita ut ostiatum elemosynam petere coactus fuerit, donare, quasi omnia bona sua consanguineæ remotiori, non ita pauperi, sibi congrua sustentatione minime relicta, manifesta dementia & captio nis mentis fuit, ut probatum quoq; existit in processu. Tum etiam, quia testes sororis defuncti antiquiores multo sunt, concines & cooppidani dicti defuncti, & eum magis notum habebant, quam testes contrariæ partis. Ino vrgentius probant, eum mente captum fuisse, quam ceteri contrarium, ut constat ex eorum dictis. Respondeo ¶ præterea, opinionem Cornei & sequacium supra adductam, procedere & loqui, quando inter testes vtriusque partis æqualitas datur, alias secus. Quia si testes de nõ sana mente deponentes verisimiliora



ponant, & melioribus rationibus in concludant, ut contingit in proposito, præferuntur deponentibus de fana mente. Ita in terminis cum aliis quos refert, recentior D. Burgos de Paz *conf. 11. num. 18. vbi num. 19.* quod testes de sana mente deponentes, debent concludentem, & non interrogati, rationem assignare, præmaxime in nostro casu, in quo testes deponentes de non sana mente sunt plures numero, quam deponentes contrarium, qui sunt pauciores: sic que nihil nobis obest supradictæ opinio Correi in præfenti casu. Quo fit, ut necessario domini iudices plus credere debeant testibus fororis defuncti, quam contrariæ partis: quandoquidem ipsi magis scire possunt, quanta fides sit testibus adhibenda, ut in l. 3. §. 1. ff. de testib. Maxime, quia iustitia fororis non solum hoc nititur fundamentum, sed aliis simul iuris decisionibus atque rationibus, ut ex infra dicendis apparebit. Vnde omnia simul iuncta rem manifestam faciunt in fauorem fororis. Et quamvis Corneus & Decius *vbi 3.* & Cardinal. ab eo relatus *conf. 36.* concludant pro donatione, aduersus tamen eam resoluit Alex. in duobus locis citatis a Decio *vbi supra.* etiam eo casu, quo testes instrumentarii deponerent in fauorem donationis: in casu autem Soc. *vbi 1.* non erat bene probata dementia. Sicque remanet satisfactum supradictæ. Doctoribus tenentibus contrarium.

14 Secundo & principaliter in fauorem fororis facit. Nam optime probatum est, patre aduersæ partis tempore prædictæ donationis & multis retro annis, item & post fuisse curatorem auctoritate iudicis prouisum D. Petro mente capto, & ut talis curator ipse rexit & administravit bona ipsius. Sed sic est, quod tutores non solum non possunt contrahere cum suis minoribus, nec hi illis donare bona mobilia, nec immobilia, ut de iure probat Petrus Duennas in *regul. 31. incipit, administratores seu officiales, in 2. conclusione, cum suis ampliationibus.* Quod procedit etiam in quolibet administratore & gubernatore, ut probat Petr. Rebuff. *vbi supra, gl. 9. in princ. num. 1. & 2.*

15 Sed etiam habet locum in persona consanguinei ipsius tutoris siue curatoris, quia nec ipsius consanguineo minores donare possunt: nam alias fieret fraus de persona ad personam, ut in l. pupillus, §. sed & si per interpositam, ff. de aucto. tutor. Vbi inquit text. Sed & si per interpositam personam rem pupilli emerit, in causa est, ut emerit nullius momenti sit, quia non bona vide videtur rem gessisse. Quod intelligit ibi Bar. *num. 3.* quando interposita persona est subiecta iuri illius tutoris vel curatoris. Verum expressius hanc opinionem probat text. ille in fine dicens: *Si filius tutoris, vel que alia persona iuri eius subiecta emerit, idem erit, atque si ipse emerit.* Notatur etiam per Doctor. in l. fraus, ff. de legibus, & tenet Petrus Duennas *vbi supra in 5. ampliatione secunda Regula. §. Et*

16 in terminis nostris per prædicta ita expresse determinat Petrus Rebuffus *vbi supra, gl. 1. in fin. pag. 161.* dicens, quod si donaretur consanguineo tutoris filio forte, aut filia vel nepoti tutoris a pupillo, non valeret donatio. Sed præfata donataria est filia curatoris subiecta eius iuri: Igitur prædictæ donatio est nullius momenti, etiam si prædictæ defunctus mente captus minime fuisset, propter hanc solum rationem, quod facta fuerit filia curatoris ipsius, quod est prohibitum. A fortiori igitur non valebit concurrente prædictæ mentis defectu. Nec obstat si dicatur, hoc procedere & loqui in donationibus factis a minoribus suis tutoribus vel curatoribus. At vero nos agimus in donatione facta a maiore habente curatorem filia ipsius curatoris, quo casu diuersa ratio videretur, ac per consequens diuersa debet esse iuris dispositio. Nam respondendo, quod præfati Doct. loquuntur in contractu vel donatione facta cuiusque; administratori, ut supra visum est.

Item in terminis hoc ipsum tenet Rebuff. *vbi 1. d. gl. 17. num. 14. in fin. dicens, idem esse in aliis, qui curatorum ope iuuantur, ut in l. Fulcinius, §. plane, ff. quib. ex caus. in poss. eant.* Quæ opinio optime probatur per text. in l. 2. C. de curat. furios. vel prod. dand. Vbi probatur, quod iura loquentia de minoribus, extenduntur & procedunt etiam in furiosis, prodigijs, & mente captis. & ibi notant illum text. ad hoc Bald. & ceteri Doct. præcipue gloss. famosa *verb. ad agnatos, quæ idem probat in præscriptione & aliis beneficijs, quæ minoribus dantur, ut in l. fin. C. in quib. caus. restit. in integ. non est neces. sequitur Alex. in l. Imperatores, nu. 4. ff. de re iudic. dicit communem idem Alex. in l. sicuratore habens, nu. 4. C. de integ. restitutione minorum, & ad hoc illam gl. dicit ordinariam Paulus de Cast. in l. tutor pupilli, §. prodigijs, ff. de iur. eor. & ibi Ias. nu. 1. qui alios refert, dicit vnicam plures allegas & eam sequutus Ant. Gom. c. de restitu. minor. nu. 30. Ita etiam bona curatoris furiosi vel prodigi sunt tacite hypothecata pro reddenda ratione curæ, ut tradit argumento dicti gl. Greg. Lop. in l. 3. tit. 13. part. 5. gl. mag. *vers. sed quid de bonis, & c.* Non obstat etiam, quod aliqui testes aduersæ partis voluerunt significare, dictum defunctum spontanea voluntate & vitio inlicitis prædictæ suum curatorem, ut vellet recipere dictam donationem. Quia præterquam, quod contrarium indicant testes fororis, potuit ante curatorem, imo præsumitur, prædictæ defunctum sollicitasse & induxisse, ut filia propriæ, scilicet curatoris, donaret fraudulenter. Et sic interposita persona filie existimans hoc modo licere donare, cum sibi directo donare non liceret, ius tamen vitiumque prohibet.*

Tertio & vltimo in fauorem eiusdem fororis facit, quia ipse defunctus grauiter læsus fuit donando, ut optime probatum est in processu in prima instantia.

Præcipue, quia fuit donatio omnium & bonorum, vel quasi. quo casu præsumitur fraus, argumento text. in *l. omnes, §. Lucius, ff. que in fraud. credit. Alexand. conf. 55. numer. 5. lib. 1. §. Item donatio, maxime omnium bonorum, est & dilapidatio, non autem diligens administratio, l. fin. ff. de curat. furios. l. filius, ff. de donat. Alexand. conf. 86. num. 15. lib. 6. quia donare est perdere, l. contra iuris, §. final. ff. de pact. Mala autem & administratio sonat potius in furorem, quam in sanum consilium, l. is, qui, in fine, ff. de iur. & curator. dat. ab his, Alexand. *vbi supra.* maxime, cum iste donans haberet forem pauperimam, donare extraneæ species dementia est. Quia læsione sic data, quemadmodum ipse posset auxilium restitutionis in integrum uti aduersus dictæ donationem propter hanc læsionem, iuxta l. secundam cum sua glossa ibidem communiter approbata, *Codic. de curat. furios. vel prodig. supra allegata,* ita & ipsius heres, quæ est soror prædictæ.*

17 Quia beneficium & restitutionis transit ad heredes & ceteros successores vniuersales, text. est expressus in l. non solum, ff. de restitu. in integ. & ibi gloss. i. alia plura iura ad idem allegat, scilicet l. minor, §. final. & l. sequent. ff. de minorib. & l. 4. §. penult. C. de temporibus in integ. restitutione petend. & alia tradit bene Anton. Gom. de restitu. minorum, num. 6. in principio, approbatur hodie in l. 8. in fine ut. in pagin. 6. declarat bene Matthæus de Afflicis *decis. Neapolitan. 211.* dicens, fuisse votatum in consilio Neapolitano, prout dicit Bart. in *l. interdum, ff. de minorib.* Quod si causa restitutionis in integrum non est principaliter fauore personæ minoris, sed causa restitutionis est deceptio & læsio, transit talis restitutio ad heredem maiorem. Et ideo beneficium, quod competeat minori ratione læsionis, competit eius heredi licet maiori. Et, quod ita fuit concessum heredi maiori, non quidem ratione personæ minoris, sed ratione, quia minor fuit læsus. Ergo cum in præfenti iste defunctus fuerit læsus in præd. donatione, ut est bene probatum, & pro

& pro parte ipsius heredis etiam minoris sit petita in integrum restitutio, consequens est, ut ei concedenda sit ipse quoque proficit.

S V M M A R I A.

- 1 Concessio bonorum Ecclesie in emphyteosin perpetuam est prohibita a iure.
- 2 Hoc fallit, si res sit solita ab antiquo in emphyteosin concessa vel in feudum, & simul constat de euidenti Ecclesie utilitate.
- 3 Debet etiam tunc seruari solemnitas consuetæ.
- 4 Consuetudo dispensans circa in feudum rei consuetæ in feudum, ut Prælatus solus possit eam facere in hominibus, in quibus ipse habet administrationem diuisam a Capitulo, valet.
- 5 Episcopus res ad suam mensam pertinentes, vel res cathedralis ecclesie alienare non potest sine consensu Capituli, nisi res sit parua, & necessitas magna.
- 6 Episcopus non potest vnionem facere sine consensu Capituli.
- 7 Prælatus non potest vnire Ecclesiam suam mensam vel Capitulum, de consensu Capituli, quia non potest auctorari in casu suo proprio.
- 8 Ius Canonicum ita prohibet alienationem rei parue bonorum Ecclesiasticorum, sicut magna.
- 9 Deponitur alienans prædium Ecclesie, etiam exiguum.
- 10 Cap. terr. 11. §. 2. g. intelligitur.
- 11 Error iuris quamuis non sufficiat ad viciationem, sufficit tamen ad acquisitionem fructuum. Sed hoc intelligitur de errore iuris actus non assistentis nec interdicens, nu. 19.
- 12 Emptor contra iuris prohibitionem est in mala fide.
- 13 Error iuris prohibitorius seu interdictorius, inducit malam fidem, siq. impedit fructuum acquisitionem.
- 14 Emens bona Ecclesie, non seruatis debitis solemnitatibus, tenetur quoque ad fructuum, præter res ipsius indebitæ alienatæ restitutionem.
- 15 Emptor frustra ratione motus putasset interuenire solemnitati, quæ reuera non interuenit, excusatur a fructuum restitutione.
- 16 Vir prudens & sagax valde hoc casu tenetur ad restitutionem fructuum.
- 17 Causa alienationis, vbi fuit legitima & non fuit seruata forma, emptor in foro conscientie non tenetur ad fructuum restitutionem.
- 18 Nullam esse differentiam inter alienationem rerum minorum & Ecclesiarum sine solemnitate debita respectu acquisitionis fructuum, sed utroque casu eos esse restituendos.

CONSILIVM XV.

19 IN causa Illustrissimi Episcopi Placen. cum defensione bonorum Magnifici quondam Laurentii super reuocatione & annullatione alienationis, ut præceditur, factæ eidem de quodam prædio dicto Castaneto mensuræ Episcopalis, p. annuo reddito perpetuo, modico atque vili, liquet ex meritis causæ minime cum consensu Capituli dictæ ecclesie, prout a iure requiritur, cõcessionem ipsam processisse in distractione rei ecclesiasticæ requisito iuxta text. in c. 1. de his, quæ sunt a præl. sine consensu Cap. & in c. sine exceptione, 12. q. 2. Sicque nobis videtur, præfata alienationem fuisse nullam propter non obseruatam solemnitates iuris: quæ ita a iure prohibita est concessio in emphyteosin perpetuam bonor. Ecclesie, sicut alia libet alienari: cum hæc idem sit, ut in c. nulli, de reb. Eccl. non alien. Et præterea in terminis prohibetur p. extrauagantem ambrosio, de reb. Eccl. non alien. Nam tempore præfate concessionis prædium hoc minime erat solitum in emphyteosin concedi, sed dignitas Episcopalis id habebat atque singulis ann. locabat, ut constat ex processu

nec est probatum contrarium. Quo existente iura d. extrauagantem, nulla bona ecclesiastica possunt concedi per contractum emphyteoticum, vel in feudum, nisi solita sint ab antiquo in emphyteosin cõcedi vel in feudum. Item debet constare de euidenti utilitate ecclesie, ut valeat concessio, & aliter factum est nullum, & contra faciens incurrit pœnas præd. Paulinæ, nisi alienatio fiat cum licentia Summi Pontificis, & non seruatis solemnitatibus iuris, ut bene resoluit Pet. Nunn. Auen. *lib. 1. de exception. mandar. Reg. c. 4. n. 38.* Quæ licentia Summi Pontificis erat in nostro casu necessaria; Quandoquidem alienatio facta non fuit in casu a iure permisso, secundum Auen. *vbi sup. n. 39. ad fi.* & cum defecerit, fuit nulla. Et quis iure cõi attentio Episcopus possit in feudum bona Ecclesie, id tamen verum est de bonis solitis in feudum ab antiquo, ut in c. fin. de feud. etiam absque solemnitate, d. c. sine exceptione, 12. q. 2. secundum Felin. in c. cum causam, nu. 15. de sententia & re iud.

Debet tamen seruari solemnitas consuetæ. Hic est communis intellectus d. c. fin. secundum Couar. *lib. 1. var. resp. c. 17. nu. 4.* Addit aliud d. extrauag. scilicet, euidenti utilitati: id quod aduertit Auen. *vbi sup. n. 37. vers. iterum, & vers. sequ.* Et quamuis ad præd. alienationem faciendam præcessit aliqua causæ cognitio utilitatis, ea tamen utilitas minime euidens fuit, nec prædium erat consecutum in feudum nec cõcedi in emphyteosin, siq. præd. alienationem comprehendit d. extrauagantem ambrosio, in sui prohibitione & annullatione.

Quo fit, ut iure optimo existimauerit Felin. *vbi supra, nu. 14.* post Calder. quem refert, valere consuetudinem disponentem circa in feudationem rei consuetæ in feudum, ut Prælatus solus possit id facere in bonis, in quibus ipse Prælatus habet administrationem diuisam a capitulo, ut in d. Castaneto contingit, quia in eo habet Prælatus administrationem diuisam a Capitulo, quia est proprium mensæ Episcopalis. Et tñ nobis minime obest hoc dict. Fel. quia prædium hoc non erat cõsuetum in feudum nec in emphyteosin concedi, ideoque alienatio præd. fuit nulla. Innuenit enim Fel. Prælatum id facere minime posse, si res non erat cõsuetæ in feudum. Et quis non, ut sequ. dicat, Prælatum id facere posse, quibus non est cõsuetudo, loquitur tñ in ipse in re ab antiquo solita in feudum: prædium autem de quo agimus, minime vnquam fuit solitum in feudum, nec in emphyteosin concedi. Quo fit, ut præd. alienatio Episcopi fuerit nulla; maxime concurrente enormissima læsione, quæ adfuit tempore contractus, quæ sola sufficit ad rescissionem ipsius restitutione in integrum petita, iuxta text. in c. ad nostram, de reb. Eccl. non alienat. De cuius tex. intellectu late agit D. Couar. *lib. 1. var. resp. c. 3. n. 4. §. sequ.* Maxime tñ interest, quod alienatio iudicetur nulla ex priori capite, scilicet ob non seruatas solemnitates iuris propter fructus, qui tunc tēporis veniunt restituendi, ut ex infra dicendis apparebit: qui tñ non restituuntur in calu d. c. ad nostram, ut ex ipso patet. Cõfirmantur tñ superiora, quia et si sequenda foret opinio Abb. in c. de his, quæ sunt a præl. sine consensu cap. quem refert & sequitur Sylu. in summa *ver. alienat. nu. 4.* asserentis, quod Episcopus res ad suam mensam pertinentes, vel res cathedralis Ecclesie alienare non potest sine consensu Capituli, nisi res sit parua & necessitas magna, ut in c. terr. 11. §. 2. & si non habet Capitulum, quia ecclesia est destructa, loco canonicorum aduocet aliquos clericos honestos. Cuius principalis opinio probatur per text. in c. possessionis, iuncta sua gl. ad fi. de reb. Eccl. non alienat. & gl. in c. fin. 13. q. 2. Vbi expresse tenent, quod Episcopus non potest alienare res ad suam mensam pertinentes, nisi de consensu Canonicorum & cõ subsistente. Quomodo Episcopus non potest vnionem facere sine consensu Capituli, clem. si vna, de reb. Eccl. non alien. licet vnio non sit ita p. iudicialis, sicut alienatio, ut tradit Io. Bapt. 222